[III p 7]

boni paternam iocunditatem impediunt dum propter intensam dileccionem circa eorum custodiam vel promocionem sollicitantur, quibus si aliquid adversi contigerit se infelices reputant. Unde dicit (14) QUORUM scilicet liberorum QUAM SIT MORDAX id est anxia QUECUMQUE CONDITIO scilicet sive bona sive mala NEQUE[18] NECESSE EST[18] ADMONERE TE ALIAS EXPERTUM scilicet mordacem condicionem liberorum NEQUE scilicet necesse est admonere te NUNC ANXIUM. (16) IN QUO PROBO id est approbo SENTENCIAM EURIPIDIS MEI scilicet qui philosophie studuit QUI DIXIT CARENTEM LIBERIS INFORTUNIO FELICEM ESSE.

[III m 7]

HABET HOC[1] VOLUPTAS metrum septimum quod dicitur iambicum anapesticum, quia habet primum pedem semper[2] anapestum reliquos iambos, dimetrum[3] id est quatuor pedum, cathalectum id est sillaba deficiente quia post tres pedes remanet una sillaba tantum de quarto pede. In hoc autem metro docet quid mali consequitur omnem voluptatem. Omnis enim voluptas preter anxietatem quam habet annexam de qua dictum est brevis[4] est et transitoria[4] quod confirmat hic per exemplum dicens OMNIS VOLUPTAS HABET HOC scilicet quod modo

---

18 neque necesse est RO nec necesse eciam P neque necessaria est J /

1 hoc R om. P hec J h' O / 2 semper JO om. R super P / 3 dimetrum JRO detra metrum P / 4 brevis est et transitoria RPM om. JO /

dicam (2) AGIT id est uexat[5] FRUENTES STIMULIS id est anxiis punccionibus (3) PARQUE[6] APIUM VOLANTUM id est similis api uolanti (4) UBI GRATA MELLA FUDIT FUGIT[7] quia deposito onere mellis statim euolat. Quidam libri habent hic FIGIT et male eo quod, cum primus pes sit anapestus, oporteret[8] primam sillabam ~~eius~~ esse quod[9] dico FIGI corripi quod non est uerum. Et quia quod cito transit inducit anxietatem penitencie subiungit dicens (5) ET FERIT scilicet uoluptas sic transiens CORDA ICTA id est percussa anxietate NIMIS TENACI MORSU quasi diceret iocunditas uoluptatis est nimis transitoria sed anxietas quam affert nimis permansura.

Nicholas Trevet a textual critic!

This shows that readers compared texts & suggests how composite texts developed

[III p 8]

NICHIL IGITUR[1] DUBIUM prosa[2] octaua ~~ubi~~ postquam Philosophia ostendit quod uera beatitudo non consistit in istis bonis temporalibus in quibus homines posuerunt esse summum bonum,[3] ostendit quot mala sint in acquisicione huiusmodi bonorum. Et circa hoc duo facit. Primo probat quod dictum est. Secundo plangit errorem hominum circa

---

5 uexat RPO auexit J / 6 parque R par P parumque JO / 7 fudit fugit RO fudit id est fugit P fudit J / 8 oporteret PGD ~~ea R~~ oportet JOR / 9 eius quod PGD eius esse R esse quod JO / 10 permansiua permansiua permansiua (sic) J /

1 igitur RPO ergo J / 2 prosa octaua ubi JO prosa octaua R om. P / 3 summum bonum RPD bonum animi J animi bonum O /